

- voluerit*^g, *aequo periculo facere, nec prius eos respondere debere, quam omnia sua eis et ecclesiis eorum legibus integerrime restituantur*. Felix etiam papa in eundem modum iubet universa restitui et respondendi inducias usque in mensem septimum prebet⁷⁵. Cum ab his et aliis hec
- 25 [et^h] similia multa constat esse statuta et⁷⁶ iam dictus Antonius, ne accusatus in aliquo fuerit et, quæ supra sunt comprehensa⁷⁷, perpessus, mirum, quomodo in eum temeraria est promulgata sententia. Decernendum igitur et statuendum de hoc est, ne huiuscemodi fama latius evagetur quietosque conturbet. Fieri enim potest, nisi fuerit cito com-
- 30 prehensa, ut per hanc occasionem excommunicationem episcopi plurimi parvipendant. Hec omnia propter nimiam fidelitatem et amorem, quem erga vos habemus, exsequimur, quia nolumus vestro tempore illa fieri, quæ vobis esse obprobrio possunt aut unde Romana vilescat ecclesia, quæ omnium ecclesiarum semper extitit caput et ex qua equi-
- 35 tatis et iustitiæ norma ab initio hucusque processit. Verum tamen nos inducias LXX dierum, intra quas prefatus episcopus apostolicam iussus est petere sedem, parvas admodum estimamus, quia multa scrutantes tam breves

g) voluerint *Hs.*

h) fehlt *Hs.*

75) Felix I., JK † 143, ed. HINSCHIUS, *Decretales S. 200-204*, hier S. 201,21f.: regulariter infra quatuor vel quinque aut septem menses iuxta quod possibilitas ei fuerit.

76) Im folgenden bis *perpessus* scheint der Satz gestört; eventuell fehlt nach dem *perpessus* ein Teilsatz mit Prädikat im Indikativ, der den hier beginnenden Satz *et iam dictus Antonius* zu Ende geführt hätte, etwa ein *appellavit* o. ä.

77) Ein Bezug dieses Querverweises wäre sowohl auf die vorausgehenden pseudo-isidorischen Zitate wie auch auf eine eventuelle Schilderung des Falles in dem verlorenen Anfangsteil des Briefes denkbar.